UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

CLXXIX. Cardinal Albrecht incorporirt dem Johannisstift auf der Burg zu Tangermünde drei Altäre in der Nicolaicapelle und in der Pfarrkirche, am 28. Juli 1531.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54934

Visual Library

gnade vns dieſelb vbertrettung gnediglich vf diſſen vortrag vnd gethane Bitt vnd bewilligte Zuſage nachgelaſſen vnd vergeben, Wil auch widervme vnſer genanter Landesfürſt vnnd herre ſein. Sein Churfürſtliche gnade wil auch die flüchtigen vnd abruſtigen Bürger vf erſuchen des Radts zu dem Iren wedder kommen laſſen, Auſſerhalb des kürſſners Blynde, arndes Son, vnd Hanſen Kurſs. Doch das ſie als die flüchtigen etwas mehr zu ſolchem berürtem abtragk thun, Igliger nach ſeinen vermügen, dan die andern. Es wil auch ſ. churf. gn. die gefangen Bürger vf geſcheene fürbitt res lebens begnaden, Doch das ſie zu dem zugeſagten gelde zweyſach geben wie obſtet. Aber der gefangen Heyſs, der noch ſitzt, Sol der Stadt vnd Landes vorwieſen werden. Dieſe alle vnd Iglige abgeſchriben artikell Gereden vnd geloben wir Gülden, wergk vnd gemein der Stadt Tangermündt vor vns vnnd vnſer nachkommen bey vnſern Eheren, trewen vnnd waren worthen an Ehedes ſtaht ſtett vnd veſte zuhalten, alles getrewlich vnd vngeferlich. To Orkunde hebben wy von Gülden vnd werke der Stadt Tangermündt alle vnnd Iglige beſundern vnſe eigen Ingeſigell mit guder witſchap laten hengen benedden an deſſen Brieff. Vnd alsdenne wy von Gemeyn neyn eigen Ingeſegell gehat, hebben vnſe herren die Erſam Radt to Tangermündt vmme vnſer ſlitiger Behde willen vnd von vnſern wegin der Stadt Secret ock benedden an deſſen Brieff laten hangen, Idoch den ehrgenomeden Radt to Tangermünde vnd ohren nachkommen ane ſchaden. Datum Ratenow, Freitags nach dem Sontag Miſericordia domini, Anno etc. XXXI.

Nach einer Copie im alten Tangermündner Stadtbuche.

CLXXIX. Cardinal Albrecht incorporirt dem Johannisſtift auf der Burg zu Tangermünde drei Altäre in der Nicolaicapelle und in der Pfarrkirche, am 28. Juli 1531.

Albertus, miſeratione diuina ſacroſancte Romane Eccleſie Preſbiter Cardinalis et Legatus natus, Sancte ſedis Magdeburgenſis et Eccleſie Moguntinenſis Archiepiſcopus, Primas, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius et Princeps Elector, ac Halberſtadenſis Adminiſtrator, Marchio Brandenburgenſis, Stettinenſis, Pomeranie, Caſſuborum Slauorumque Dux, Burggrauius Norimbergenſis ac Rugie Princeps, Vniuerſis et ſingulis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, ad quos preſentes litere noſtre peruenerint, Salutem in Domino. Paſtoralis noſtri Officii debitum inter innumeras nobis iniunctas curas nos ſollicitat, vt ea, per que Dei honor et gloria, cultus quoque diuinus nec non ſalus animarum votiua ſuſcipiunt incrementa, fauoribus et auxiliis noſtris proſequamur opportunis. Cum itaque per incurſum temporum iſtorum periculoſorum bona, cenſus et redditus Eccleſiaſtici indies viliores reddantur, neque eo, quo fieri deberet, modo ſoluantur, propter quod Ceremonie ac perſone Eccleſiaſtice ſecundum veterem conſuetudinem, ut prius, commode conſeruari non poſſint; Nobis pro parte Venerabilium et Honorabilium, dilectorum nobis in Chriſto deuotorum, Prepoſiti, Senioris et Capituli Sanctorum Johannis Babtiſte et Johannis Apoſtoli et Euangeliſte, Eccleſie Collegiate in Caſtro Tangermunde, Halberſtadenſis noſtre Dioceſis, humiliter fuit ſupplicatum, quatenus hec tria ſimplicia beneficia ſine Cura, videlicet ad Altare Sancti Vrbani in Eccleſia ſiue Capella Sancti Nicolai, Alterum diue Marie Magdalene et Tertium Sancte

Eliſabeth, ambo in Parochiali Eccleſia ſancti Stephani, ac omnia in predicto Oppido Tangermunde ſita et de Collatione Capituli eiuſdem exiſtencia, cum omnibus et ſingulis Juribus, redditibus, fructibus, attinentiis et oneribus vniuerſis, Fabrice dicte Collegiate Eccleſie in Tangermunde, incorporare, annectere et perpetuo unire dignaremur, vt cum ea Beneficia in poſterum vacare contigerit, eadem vltra non conferantur, ſed cenſus, fructus, omniaque alia pertinentia eorundem, per Fabricam ſubleuentur, et Capellani, Chorales, Cuſtodes ac alii miniſtri Eccleſie eiuſdem, ex eiſdem fructibus et emolumentis appremuntur, domuſque ad eadem Beneficia pertinentes, ſi que ſunt, per Capitulum preſatum in vtilitatem Fabrice locentur et prenominatis Cappellanis, Cuſtodibus vel aliis miniſtris Eccleſie pro arbitrio Capituli approprientur, In quantum tamen dictum Capitulum ſe cum Poſſeſſore ſupranotati Altaris ſancte Elizabeth in Parrochiali Eccleſia S. Stephani, cum idem Beneficium litigioſum exiſtit, amicabiliter compoſuerit. Nos igitur attentis temporum preſentium conditione ac curſu, Supplicationibus huiuſmodi tanquam iuſtis et rationi non aduerſantibus inclinati, preſata Beneficia ſimplicia et quibus cura non imminet animarum, cum omnibus Juribus, fructibus, redditibus, prouentibus et attinentiis, oneribus quoque vniuerſis, dicte Fabrice duximus vnienda, annectenda et incorporanda, ac preſentibus authoritate noſtra ordinaria et Dioceſana unimus, annectimus et perpetuo incorporamus per preſentes, ſtatuentes, ordinantes et decernentes, illa de cetero in perpetuum eidem Fabrice dicte Collegiate Eccleſie in Tangermunde, incorporata et vnita fore; Ita tamen, quod obſequia diuina preſatorum Altarium et Beneficiorum cum oneribus debitis et conſuetis, pretextu noſtre huiuſmodi incorporationis et vnionis eorundem beneficiorum minime negligantur, Sed debita onera ſecundum tenorem Confirmationis eorundem per Capitulum ſupportentur, Super quibus omnibus ipſorum, aut aliorum quorum intereſt, conſcientias oneramus. Prouiſo etiam, quod Fabrica antedicte Eccleſie, nobis et Succeſſoribus noſtris, de procuratione et ſubſidio charitauo, in quantum taxabuntur, ſingulis et perpetuis temporibus futuris debite et cum effectu reſpondeant et ſatisfaciant. Reliquis quoque Juribus noſtris et Eccleſie noſtre Halberſtadenſis et Archidiaconi loci omnibus et ſingulis ſemper ſaluis et inconuulſis permanentibus. In quorum fidem et teſtimonium preſentes literas exinde fieri noſtrique ſigilli iuſſimus et fecimus appenſione communiri. Datum Hallis, in Arce noſtra divi Mauritii, die Veneris, viceſima octaua menſis Julii, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo triceſimo primo.

Gercken's Dipl. II, 328—332.

CLXXX. Kurfürſt Joachim verkauft der Stadt Tangermünde den dortigen Judenhof, am 12. Mai 1532.

Wir Joachim, von gots gnade Marggraf zu Bramburg vnd Churfürſt etc., Bekennen vnnd thun kundt offentlich mit dieſem briue vor vns, vnſer erben vnd nachkommen vnnd ſunſt vor allermenniglich, das wir vnſerm lieben getreuwen Burgermeiſtern vnnd Rathmannen vnſer Stadt Tangermundt vnd Iren nachkommen vf vleyſſig yr erſuchen vnnd bete, auch vf geſcheen vortragk, vnſern Judenhoff mit allen vnd Iglichen ſeinen zugehorungen vnd gerechtigkeiten, wie der In ſeinen vier greintzen an der Straſſen nach der elben wart zu Tangermundt gelegen, In